# Magyar Országos Levéltár

# E 156 - Urbaria et Conscriptiones

# Fasc. 46. No. 81.

# Szajol

# 1730. augusztus 7.

Conscriptio

Possessionis Szajol in Comitatu Hevesiensi existentis.

U. & C. Fasc. 46. Nro 81mus

In Possessione hac Quartalitas, Trombitassiana dicta Fisco
Regio adjudicata est; Et quia Territorium Possessionis hujus
per Nobiles Familiæ Hegedüs homines, exiguas ibidem Do-
munculas, Casularum, ac subterranearum specuum nomine ve-
rius censendas /: quæ Decem ibidem numerantur :/ inhabitan-
tes indivisum possidetur, Quartalitas illa à residuo corpo-
re Territorij secerni, & sequestrè conscribi nequivit, sed ad
eruendum eam Territorium hoc per me in integro conscript-
est; Quod cum Territorijs Possessionum ad Orientem Tis-
Püspöky; Ad meridiem Török Szent Miklos, & ad Occidentem
Prædij Fesztenö, Comitatui Exteriori Szolnok adjacentium
Conterminum; Ad Septentrionem terminatur Tybisco, Terri-
torium Possessionis hujus, & Prædium Tokoró Comitatu
Hevesiensi existens interfluente; Longitudo hujus unô circi-
ter & mediô Quadrante horæ, Latitudo verò unô etiam faci-
lè pertransiri gressu Pedestri viatoribus comuni potest;
Agri in Territorio Possessionis hujus, non sunt distincti in
calcaturas, sed promiscuè duntaxat coluntur; Qui in univer-
so sunt capaces Metretarum Posoniensium ad summum 100
solum Territorij hujus utcunque est fertile procreans ex
semente Metretæ unius, præter semen Metretas 4 non rarò
5. etiam. Quod pro tempore mediocris Procreationis
intelligendum est. Prata habentur circa Ripas Albe-

ORSZÁGOS LEVÉLTÁR
E szekció

1 (2)

F 46. #81mus/1

cujuspriam, per nonnullos Cziroka, per alios verò Tinoko no-
minati, ex Tybisco ordientis, Fœni Caricetosi & Juncosi
à potiori feracia. In quibus mediocris fertilitatis tempo-
re prosperari poterunt 40 circiter Currus fœni. Pascua
autem non amplius, quàm quod Subsistentiæ 60 circiter
Pecorum sufficere potest. Piscationis Beneficium hic
loci propter praeruptas Tybisci Ripas haberi nequit,
quod si etiam haberi posset, Possessores loci hujus ob ege-
num Statum suum, Retibus, & alijs ad Piscationem neces-
sarijs Instrumentis carentes, sed neque Artis Piscato-
riæ gnari, hujus commodum, aut emolumentum nullum ha-
bere quirent. In reliquo Beneficia praeter Arundinetum
pro ipsorum aliàs propria necessitate sufficiens /: quod &
defectum lignorum supplere solent :/ nulla habent. Pestini
Die 7a Augusti Annô 1730.

(L. S.) Stephanus Benimszky, Inclytæ
Tabulæ Regiæ Iudiciariæ Juratus
Notarius.

Conscriptio
Possessionis Szajol in
Comitatu Hevesiensi ex,
istend.

No. 17o

No. 24

B